



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Magistro Et Fratribvs militiæ Templi in Vngaria constitutis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

Epist. 197.  
Continetur  
eccl. 15.  
pp. 79.  
eorum altero &c. Datum Laterani Nonis  
Januarij, anno tertio decimo.

*PRIORI ET FRATRIBVS  
sanctorum quatuor Coronatorum.*

**C**VM super usu & jure parochia in-  
ter vos & Priorem ac conventum  
Lateranensem controversia verteretur, di-  
lectum filium nostrum C. tituli sanctorum  
Iohannis & Pauli Presbyterum Cardina-  
lem dedimus partibus auditorem. Qui pe-  
titiones audivit, & testes utrinque recepit,  
ac demum attestacionibus publicatis, &  
exhibitis instrumentis, nos ad talem con-  
cordiam vos & ipsos induximus; ut videli-  
ceret vos non extendat jus & usum parro-  
chia citra Ecclesiam sancti Nicolai de for-  
mis ex parte illa, nec citra arcum Iohannis  
Basilij ex parte altera intra formam, & ip-  
si similiter ultra eosdem terminos versus  
vos jus & usum parochia non extendant.  
Hanc ergo concordiam a nobis pro bono  
pacis provisam, & à vobis & illis sponte  
receptam, auctoritate apostolica confirmam-  
mus & presentis scripti patrocinio communi-  
nimus; ita ut per eam non derogetur in  
aliis limitationi parochiae quam felicis me-  
moriae Calixtus Papa suo privilegio desig-  
navit. Statuentes ut nulli omnino &c. no-  
stra provisionis & confirmationis &c. usque  
incursum. Datum Laterani 11. Idus De-  
cembris, pontificatus nostri anno tertio  
decimo.

*MAGISTRO ET FRATRIBVS  
militia Templi in Vngaria constitutis.*

Epist. 198.  
Continetur  
communis.  
**I**VITIS petentium desideris dignum est  
nos facilem præbere consensum, & vo-  
ta qua à rationis tramite non discordant  
effecte prosequente completere. Eapropter,  
dilecti in Domino filij, vestris iustis peti-  
tionibus inclinati, communionem inter  
vos & venerabilem fratrem nostrum Zag-  
abriensem Episcopum super quibusdam de-  
cimis & aliis rebus initam, sicut piè ac pro-  
vidè facta est, & in authentico super hoc  
confecto plenius continetur, auctoritate  
apostolica confirmamus & presentis scripti  
patrocinio communimus. Nulli ergo &c.  
nostræ confirmationis &c. usque incursum.  
Datum Laterani 11. Kal. Februarij,  
pontificatus nostri anno tertio decimo.

*E I S D E M.*

Epist. 199.  
Continetur  
caecis & Regi  
Vagau.  
**S**OLET annuere sedes apostolica piis vo-  
tis, & honestis petentium precibus fa-  
vorem benivolum impertiri. Eapropter,  
dilecti in Domino filij, vestris iustis petitio-

mbus inclinati, locum sancti Martini cum  
appendiciis suis, villas, possessiones, & alia  
vobis à carissimo in Christo filio nostro il-  
lustri Rege Vngarie pia devotione collata,  
sicut ea justè ac pacifice possidetis, & in  
ipsius authenticō super hoc confecto ple-  
niū continetur, vobis & per vos domui  
vestræ auctoritate apostolica confirmamus  
& presentis scripti patrocinio communimus.  
Nulli ergo &c. usque incursum. Da-  
tum ut in alia.

*ABBATI ET CONVENTVI  
Simigienſi.*

**C**VM à nobis petitur quod justum est  
& honestum, tam vigor æquitatis  
quam ordo exigit rationis ut id per sollici-  
tudinem officij nostri ad debitum perduca-  
tur effectum. Eapropter, dilecti in Do-  
mino filij, vestris iustis postulationibus  
grato concurrentes assensu, personas vest-  
ras & Simigienſi monasterium, in quo di-  
vino estis obsequio mancipati, sub beati  
Petri & nostra protectione suscipimus &  
presentis scripti patrocinio communimus,  
libertates & immunitates à Regibus &  
Principibus monasterio vestro concessas,  
dignitates quoque, ac antiquas & ratio-  
nabiles conuentudines obtentas & haec tenus  
observas, auctoritate vobis apostolica  
confirmantes. Ad indicium autem hujus  
nostræ protectionis & confirmationis per-  
ceptra fertonem auri gratis oblatum nobis  
& successoribus nostris anni singulis per-  
solvetis. Nulli ergo &c. nostræ protectionis  
& confirmationis &c. usque incursum.  
Datum Laterani 11. Kalend. Februarij,

Epist. 200.  
Recipiuntur  
sub proteccio-  
ne B. Petri.

Epist. 201.  
Confirmatur  
ei præbenda.

*MAGISTRO PETRO BOIOZ  
Canonico Lemovicensi.*

**P**roposuisti dudum coram dilecto filio  
Pelagio sanctæ Lucia ad septa solis  
Diacono Cardinale, quem tibi & Pœnitentiaro  
Lemovicensi concessimus auditorem,  
quod cùm dilecto filio nostro Guale  
sanctæ Mariae in Porticu Diacono Cardi-  
nali tunc in partibus illis apostolicae fedis  
Legato quidam de Lemovicensibus Cano-  
nicis supplicassent ut in eorum Ecclesia,  
qua debito fraudabatur servitio, Clericos  
ordinaret, pro te ac magistro Andrea  
scriptore nostro preces specialiter porri-  
gentes, ipse Lemovicensem civitatem in-  
gressus, Canonicos interpositis precibus  
monuit ut vos reciperent in socios & in fra-  
tres; maximè cùm quinque præbenda vel  
quatuor ab ultima ipsius Ecclesiæ ordina-

R. rr ij